



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Petrus Diaz, & 4. Socij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

omnes Te Deum laudamus *Zelus.*  
 cecinere. Petrus Sampo Iudici  
 multa dicenti; Utinam,  
 inquit, vox hæc mea toto  
 regno latè posset audiri!  
 Altissimos montium vertices *Fides.*  
 conscenderem; & omnes,  
 omnes Iapones, die ac nocte  
 ad fidem, ad cælum, euoca-  
 rem.

Thomas Acafoxi, Domus *Mors.*  
 famulum captum duci cum *optata.*  
 vidit, etiam se quæsitum,  
 fuisse ad necem certior fa-  
 ctus, eos à quibus quæsitus  
 fuerat est assecutus, dixit-  
 que; sibi ea vincula debe-  
 ri, non seruo. Dimisso er-  
 go seruo substitutus ipse,  
 vincus, & flammis lentis ab-  
 sumptus est.

P. Petrus Diaz, & 4. Socij. *Lusitanus.*  
 Occiso nuper Ignatio Aze- *13. Sept.*  
 uedio, illa quâ Petrus in *1571.*  
 In. *ætat. 45.*  
*Soc. 23.*

Indiam vehebatur navis ab hæreticis capta est. P. Petrus, qui alijs præerat, ab auditis aliorum confessionibus redux, vnà cum *Gaspare Goë*, & puero tenello, qui à P. Petro auelli se non patiebatur, occisus.

P. *Franciscum Castrium*, in excipiēda vulnerati cuiusdā confessione inuentum, Galli hæretici certatim punctim, ac cæsim confodère.

*Michaël Aragonensis* Scholasticus magnâ in seipsum, sæuitiâ, & ingenio nobili celebris, cum *Francisco Paulo*, in mare præceps deiectus. Mox in Sanctorum reliquias & imagines effusus furor hæreticus, atque hæc omnia tantâ rabie acta in Societatis homines, vt *Gaspar Gonzaluius* sociorum vnus, vile

ac

ac  
tis  
xi  
ci  
m  
ri  
ig  
ab  
et  
q  
na  
pe  
P  
lu  
fe  
d  
n  
t  
P  
I  
r  
c

ac timidum caput, cum Iesuitis haud parci, imò illos maximè peti, videret; veste Societatis positâ, se turbæ immiscuerit. Sed mortem gloriosam quam fugiebat cum ignauâ commutauit. Etenim ab hæreticis in mare abiectus est cum turba inutili, quam illi alere nolebant, ceu nauis ignatum atque inutile pondus. Singillatim de *P. Petri Diaz* virtutibus illud affertur; eum adeò fuisse modestum, sui que custodem, vt ferè in se componendo videretur occupatus. Diuinum officium semper de genibus recitabat. In confessionibus, potissimum ad scrupulos eximendos, fuit adeò promptus ac dexter, vt auditus fuerit quidam dicere; paratum se ad

EX-

extrema orbis limina Petrum  
sequi, vt illo confessorio vti  
posset.

*P. Guilielmus Boytonus.*

*Hibernus.  
Cassellæ  
13. Sept.  
1647.*

Hic post operam in Ci-  
uium suorum utilitates im-  
pigrè impensam, in clade  
Cassellensi (vbi trecentos  
Hibernos milites Catholi-  
cos septē hæreticorum mil-  
lia obruere in templo) tunc  
istie vnà collectos Catholi-  
cos Sacramento pœnitentiæ  
cxpiabat. Ibi victor hære-  
ticus miles dirè in canos se-  
nes, in foeminas, in paruulos  
cæde grassatus est, sanguine  
latè profuso. Maxima sæui-  
tiæ pars in Sacerdotes incu-  
buit. Hos inter cecidit fe-  
lix victima etiam *Boytonus*,  
cùm hæretici, Sacerdotes  
potissimùm ad necem depo-  
scerent; si hos dederent, mi-  
li-

*Fides.*

li  
pe  
P  
ri  
pi  
In  
ba  
de  
a  
B  
ac  
ai  
q  
lo  
pa  
bi  
q  
gi  
iu  
et